



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 132. Calvinianæ Sectæ progressus in Normannia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

**Sæcul. XVI.** Senatui mandatum fuerat, ut si ipse,  
A.C. 1560. ac Castellnovus comprehendendi possent,  
 de iis ultimum supplicium sumere-  
 tur (\*).

Hic idem Castellnovus seditionorum  
 conventiculo apud Nannetes per Renau-  
 dium coacto interfuit, demum vero in  
 Provinciam auffugit. Ceterum Paul-  
 us, cum ob dejectas passim imagines  
 popularibus invisus in patria tuto dege-  
 re non posset, ultiro Genevam migra-  
 vit, nec ultra in Franciam redire sta-  
 tuit.

### §. CXXXII.

#### *Calvinianæ Sectæ progressus in Normania.*

*Ithuan. l. c.*

Plurimum etiam Protestantium nume-  
 rus in Normania excreverat, adeo,  
 ut jam publice conciones haberentur,  
 Cadomi præcipue, Lodi, & Dieppæ in  
 agro Caletensi; quorum æmulatione  
 nonnulli, qui Rothomagi erant, Calvi-  
 ni sectam publice profiteri audebant,  
 imo non deerant etiam in Senatu, qui  
 eorum doctrinæ favebant, sed hi ipsi, ut  
 in occulto eam colerent, assidue mone-  
 bant,

(\*) Quis crederet, tam infamem hæreti-  
 cum, ac rebellem sævissimum a Rege, & Regie-  
 na tam benigne habitum, ea tamen narrat Thua-  
 nus Scriptor natione Gallus.

bant. Ex his quidam exortus est, qui Sæcul. XVI.  
in damnata Anabaptistarum Schola e- A.C. 1560.  
ducatus fuerat, & postea trium lingua-  
rum, quas arte necdum audita alias e-  
docebat, opinione clarus, scholam ape-  
ruerat, atque occasionem ex eo mode-  
stiores calumniandi arripuerat, quam-  
vis Geneva expulsus, & ne cui in Eccle-  
sia muneri se immisceret, interdictus  
fuisse, in Normania tamen publice in  
campo aperto, & interdiu conciones  
habere cœpit, confluente ad rei novi-  
tatem, ut fit, innumera multitudine.  
Hic idem, cum ad populum diceret,  
sæpe sermonem suum interrumpebat,  
atque ad singula verba, quasi a numine  
intus agitaretur, os contorquebat, ocu-  
lis occlusis rictum diducebat, pandum  
caput rotabat, mox cernuus in faciem  
procidebat, atque in terra volutabatur  
pectore anhelo, & ore spumante, perin-  
de acsi a dæmone obsessus esset. Post-  
modum in hæc verba prorupit: „mihi  
„a Deo manifestatum est, quod Anti-  
„christus, quo nomine summum Ponti-  
„ficem appellatbat, armorum vi de thro-  
„no dejiciendus fit; ego vero exerci-  
„tus Dux a Deo delectus fui, qui cun-  
„ctos nocentes de terra extirpem, nec  
„minus mihi mandatum, ut malos Prin-  
„cipes, ac Magistratus necarem: insuper  
„raro Dei munere concessum, ut non

Hist. Eccles. Tom. XLIII. I i „ante

**Sæcul. XVI.** „ante morerer, quam novum mundum  
**A. C. 1560.** „condiderim, ab omni labo, ac peccato  
 „purum; proinde vos hortor, ut me  
 „cum, ac sub meis auspiciis arma capia-  
 „tis, nec vero mirari quisquam debet,  
 „quod Ambasiana conspiratio non suc-  
 „cesserit; quippe ad eam ego non sui  
 „vocatus. „

Denique cum is ad apertam seditionem tenderet, ac Cardinalem etiam Borbonum jurgiis lacefferet, cum forte hic Gallione Rothomagum in urbem veniret, atque illuc, qua hic impostor concionabatur, iter haberet, a quæstoriore comprehensus, intra quatriiduum flammis publice ustulatus est, ubi etiam duo illi fratres, qui eidem affinitate conjuncti ab eodem seducti fuerant, laqueo suspensi perierunt, eoquod illum hospitio recepissent, nec prius ab insano errore, quem pertinaciter tuebantur, fanari voluerint, quam ipsum in cineres redactum, ac minime ab igne illæsum viderent, quamvis antea sese nunquam moriturum fuisse mentitus.

### §. CXXXIII.

*Navarræ Rex, & Condæus Prim  
ceps ad aulam delati.*

*Thuan. l. 26.  
La Popel.  
l. 6. Mem. de  
Castelneau  
l. 2. c. 10.*

Principes Guisii ferventibus his tumultibus, malisque, quæ inde oritura timebantur, compulsi Reginæ regnantis opera